

Tertio seq. & si in aliquibus frustratur, quia non perseverant vsq. ad finem: in predestinatis tamen nunq. frustratur, vnde sancticia quæ certis ponit magnificationem eū subdit, (Hos & magnificauit.) Et hoc dupliciter. In quo quidem modo per profectum virtutis & gratiæ. Alio autē modo per exaltationem gloriæ. Sapient. vii. In omnibus domine magnificasti populum tuum & honorasti. Ponit autē præteritū profuturo si intelligatur de magnificatione gloriæ, & propter certitudinem futuris: vel quia quod in quibusdam est futurum, in alijs est completum.

Ostenditur
nullum
malum no
ceat sanctis
Malū poe
næ duplex

Deinde cum dicit, (Quid ergo dicemus &c.) manifestat maiorē. si quod promotis à deo nullus potest nocere. Et primò ostendit quòd non possit pati detrimentum per malum poenæ, scilicet quòd nec per malum culpæ, ubi (Quis acculabit &c.) Malum poenæ est duplex. Vnum quidem cōsistit in illatione malorum, aliud in subtractione bonorū. Primò ostendit quòd illi qui promouentur à deo, non patiuntur detrimentum per cotrauitū alicuius persequentis, dicens, (Quid ergo dicemus quasi dicas, Cum tot bona deus tuis electis præstet, quid potest dici contra hæc, vt scilicet prædicta dei beneficia annullentur, quasi diceret, nihil. Prouerb. 21. Non est sapientia, & non est prudentia, & non est consilium contra dominum. Vel quid dicemus? Ad hæc illicet aspicientes, & oportet nos oblitescere. Abac. 3. Secutum aliam literā. Consideraui opera tua & expaui. Vel quid dicemus ad hæc. i. quid poterimus deo retribuere tot beneficijs dignum? Psalmista, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Et subiungit, si deus pro nobis est, scilicet prædestinando, vocando, iustificando, & magnificando, quis contra nos scilicet esse poterit? Et scilicet Elia. 5. Stemus simul, quæ est aduersus ius meus? Job. 17. Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me. Secundò ostendit quòd sancti dei non possunt pati detrimentum ex subtractione bonorum, dicens, (Qui etiam proprio filio non peperit.) Cum autem supra de multis filijs mentionem fecerit, dicens, Accipitis spiritum adoptionis filiorū, ab omnibus illis hunc filium separat, dicit, s. Proprio filio suo. i. non adoptato vt hæretici mentuntur, sed naturali & cōterno. 1. Io. vii. Vt simus in vero filio eius IESV CHRISTO, de quo pater dicit Mat. hæi. 3. Hic est filius meus dilectus. Quòd autem dicit, Non peperit. intelligendū est quòd eum à poena non exemit. Nam culpa in eo non fuit ut parci potuisset. Prouerb. 13. Qui parci virgæ, odit filium suum. Non tamen deus pater filio suo non peperit vt ei aliqui accrederet, qui est per omnia deus perfectus, sed propter nostram vilitatem eum passiorū subiecit. Et hoc est quòd subdit, Sed pro nobis omnibus tradidit illum. i. exposuit eum passioni pro expiatione peccatorum nostrorum. supra. 4. Traditus est propter delicta nostra. Elia. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Tradidit enim deus pater in mortem, eum incarnari & pati statuendo, & numerando eius voluntati inspirando charitatis affectū qua passionem spontaneus subiret. Vnde ipse seipsum tradidisse dicitur. Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis, tradidit eum ludas. & Iudæi exterius aliquid operando, vt supra. 5. habitum est. (Est autem notandum quòd dicit, Qui etiam proprio &c.) Quasi dicat, Non solum alios sanctos pro salute hominū tribulationi exposuit, secundum illud Osæ. 6. Propter hoc dolauit in prophetia. 2. Corinth. 1. Cum tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Sed etiam proprium filium suum. In ipso autem filio dei omnia existunt sicut in primordiali præoperatiua causa. Coloss. 1. Ipse est ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis omnia sunt data nobis, vnde subdit, Quomodo non etiam eum illo. i. dato nobis omnia donauit nobis: vt. i. omnia cedant in bonum nostrum superiora quædam scilicet diuinæ personæ ad fruendum,

racionales spiritus ad conueniendum, omnia inferiora ad vtendum non solum prospera, sed etiam aduersa. 1. Corinth. 3. Omnia vestra sunt, vos autem CHRISTI, CHRISTVS autem dei: vnde patet quòd sicut in ps. dicitur, Nihil deest timentibus eum.

LECTIO VII.

Vis acculabit aduersus electos

Q. dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus

Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, & tibi mati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Postquam apostolus ostendit quòd sancti quos deus promouet nullum detrimentum pati possunt, quasi à malo poenæ, hic ostendit quòd nullum detrimentum pati possunt quasi à malo culpæ. Et primò ostendit propositum. Secundò excludit quandam obuiationem, scilicet (CHRISTVS IESVS &c.) Circa primum confiderandum est quòd aliquis propter culpā lædatur à duobus. Primò quidem ab accusatione. Secundò à iudice cōdemnante. Primò ergo ostendit quòd nulla accusatio possit esse sanctis dei nocua. & hoc ratione diuinæ electionis. Qui enim aliquem eligit ex hoc ipso eum approbare videtur. Sancti autem sunt electi à deo. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt efferimus sancti. Qui acculat, improbat eum quem accusat. Non est autem alicuius accusatio contra dei approbationem. Et ideo dicit, Quis acculabit, scilicet efficat aduersus electos id est, aduersus quos deus e'egit, vt sint sancti. vnde dicitur Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundò quòd nullus accusatio potest esse sanctis nocua. Et hoc etiam ostendit ex alio dei beneficio, quo scilicet deus nos iustificat, quod quidem beneficiū præmittit, dicens, Deus scilicet est qui iustificat, secundum illud quod supra dictum est, Quos vocauit, hos & iustificauit. 1. Corinth. 6. Sed iustificati estis. Condemnatio autem contra iustos locum habet. Quis est ergo qui condemnet iustificatos à deo? Job. 34. Ipso concedente pacem quis est qui condemnet?

Deinde cum dicit, CHRISTVS IESVS, & excludit obuiationē. Possent aliquis timere ne à CHRISTO IESV aliquis accularetur & cōdemnaretur tanquā transgressor mādati ipsius CHRISTI, sicut & de Noysē dominus dicit Ioannis. 5. Est qui acculat vos Moyses in

Quò omnia
sunt nobis
data, dato
Christo.

praoperatiua causa. Coloss. 1. Ipse est ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis omnia sunt data nobis, vnde subdit, Quomodo non etiam eum illo. i. dato nobis omnia donauit nobis: vt. i. omnia cedant in bonum nostrum superiora quædam scilicet diuinæ personæ ad fruendum,

Ostenditur
sanctos nul
lum malū
pati à malo
culpæ.